



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quęst. Quę mulier Cananęa?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

VERSUS 19.

*De corde n. exeunt cogitationes male
homicidia, adulteria, fornicationes
furta, falsa testimonia, blasphemie.*

QVÆSTIO I.

Quomodo mala ex corde exeunt?

Principium malum ex parte exteriori
Principium § 1. **C**Or est principium & fons malarum cogitationum, & affectuum: ideo peccatum non est hominis substantia, tam enim originale quam actuale indè originem suam habet, vt Bellarm. c.3. l.4. c.31.

Hieronymus monet, quosdā fuisse, qui hinc Christum clamarent esse ignarum disputationis Physicæ, quod ea quæ in hominis substantiam conuerterentur alimenta, non teijcerentur in aphedrona, sed more vulgi dominus loquitur, exiguum est enim quod alit, præ eo, quod in faces abit.

Quod si aliquid ciborum inquinaret animam, ipsam attingere oporteret. Itaq; cauilla illa Iuliani & Porphyrij de d^e Hieronymus refutat. Nam & Marcus 7. ait, non intrare in cor, sed in ventrem. Iuliani, Porphyrij, Libanij nugae, quod Christus Physicem nescierit, quasi omnes cibi in ~~adipiscina~~ abijcerentur, nihil in substantiam edentis verteretur, iam olim Hippocrates rejicit.

Cibus in alimentum exigitur. Nec aliter locuti sunt prudentissimi & doctissimi gentium, ille enim in sano corpore æqualem esse magnitudinem alimenti & faciem esse oportere discernit. Neque tamen nesciuit in substantiam corporis nonnullam portiuiculi converti: sed eius, quod minimum est, rationem sibi habendam non putavit.

Blasphemias v. 19. Beza vocat obtrusiones, cum
tamen in sacra scriptura pro illo, quod contra Deum
est vitio accipitur. Nec blasphemus dicitur obtruse-
ator. Quod verò idem Beza versionis causam red-
dit dicat: de solis hominum disidiis dominum lo-
qui, falsum est. Nam cogitationes male, & apud Mar-
cum *παρανομία*, & *ἀνομοσύνη*, superbia, stultitia, etiam
cōtrā Deum sunt. Itaq; de omni peccatorū genere do-
minus loquitur, etiam eo, quo hominibus interdū be-
ne fieri videtur, vt si quis vitam alteri perituro conser-
uat. Omne n. quod corde egreditur, mentē inquinat.

VERSUS 22.

*Et ecce mulier Cananea à finibus illis
egressa clamavit, dicens ei: Misere-
rere mei Domine, fili David, filia
mea male à demonio vexatur.*

QVÆSTIO I.

Quæ mulier Cananea?

§.1. **I**N fines, inquit Marcus, in ipsarum regiones. Addit Marcus venisse & latere voluisse, per fines eorum transibat, & fortè declinando Iudæorum rabiem, aut vt ostenderet iam cærimonias desisse, & breui omnes desituras, ad gentes transitum parari. Quocirca falli eos existimo, qui negant in Sidoniorum aut Tyriorum fines ingressum. Latere enim voluit, & Iudæorum rabiem mitigare, atque interim, vt docet Chrysostomus, gentium conuersioni præludere.

Syrphophenicia Syrphophenicia
vis. vis.

§. 2. *Syrphophenicia* fuit, nam in Syria fuit Phœnicia, imò Phœnices Lybici se Pœni ai huius oriundi. Canaanam à Cana maiore, vrbe vicinā tribui Afer dictam existimant, Ios. 28. alii quod ex Canaan, Marcus vis. *vis.* vocat, non Græcam genere, sed superfluitione: solent n. opponi Iudæi & Græci, dū agitur de religione.

Per כ & י scribitur, non ק & K. itaq; à Canaan esse videtur. Vna est ex septem illis gentib⁹ Iosue 3, 10 quæ

juxta mare. n. 13, 30. nec deleta fuit omnino. Iud. 1, 30.
Quos Hebræi Chanaanæos Græci Phœniciæ vocarunt
Ios. 5, 1. reges Chanaā, 72. Reges Phœniciæ. Phœniciæ
nauigatione & mercatura celebres fuere, & Chanaanæi
Os. 12, 7. If. 23, 8. Prov. 31, 24. Iob. 40, 28. Zach. 14, 1.

Syrus vocat כנענה *Cenaghanatha*, quod indicio
est à veteribus Chananæis esse. Non autē כנא *ex Can*

§3. Marcus in domum ait venisse & latere non po-
tuisse. Non repugnauit autem Euangelista: nam, ut
docet August. l. de consensu Euangelistarum, cum uen-
it in partes Tyri & Sidonis mox ut lateret domum ingressus est. hoc
audito secuta est Syrophœnissa, & pro filie sanitate eum adi-
git, ipse autem cum uideret se non latere, potest egressus est, & em-
tens fecit mulier. Sicutiam Abul. c. 63.

Castellio, quod Matthæus ait *δαίμονισμα*, vertit: furiosa est, nō tantum improprie sed etiam periculose: nam morbum esse naturæ posset quispiam suspicari, non agitationem mali dæmonis, quemadmodum quidam humori melancholico mala ista tribuerunt.

VERSVS 23.

*Quinonrespondit ei verbum. Et ac-
cedentes discipuli eius rogante-
um dicentes : Dimitte eam, quia
clamat post nos.*

QVÆSTIO I.

Cur non respondit?

§. i. **D** Vas præcipuè causas existimo. Prima, quod
venisset ad oues, quæ perierunt domus Iſa-
ël, non ad gentes. Altera, vt ingentem eius ardorem
fidemq; monstraret,

Posteriorem Chrysostomus pulchrè exponit, διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν τὴν δόξαν, ἵνα δὲ ἕκαστος τῶν φιλοσοφῶν, ὡς καὶ οὐκ αἰνέμενον, εἰς ἀντιπάλους ἐδάκεν, εἰς ἀντίπρῶτον αὐτοῦ πάλιν. Ideo negabat gratiā, ut Philosophiam eius omnibus preterita eret, nō quia ei erat filia eius nōlebat, quam certe cuiusvis

Christus in diebus carnis ingentem erga populum
Iſraëliticum affectum ostendit, quem illi cum impiè
& contumaciter rejicerent, tandem deserti sunt.

Augustinus Serm. 74. de tempore aliam causam adducit. Petebat beneficium instantissime curande filius, quia male a demonio vexabatur. Tyrus et Sidon non erant civitates populi Israël, sed gentium, quarum vicine illi populo. Clamabat ergo avida impetrandi beneficii, Fortiter, pulchre, & dissimulabat ab eo, non vt misericordia n. geratur, sed vt desiderium accenderetur: nec solum vt desiderium accenderetur, sed, sicut ante dixi, vt humilitas commendaretur. Clamabat ergo Domino non audiente, sed quod facturus erat in silentio disponente.

VERSVS 24.

*Ipse autem respondens ait: non sum
missus nisi ad oves qua perierunt
domus Israel.*

QVÆSTIO I.

Propter quos Christus fuerit missus?

§. i. **C** Aluiniani errorem suum, quo Christi miser-
cordiam impugnant, ex hoc loco neque
quam stabiliter conantur. Dum autem dicitur
missum esse dumtaxat, ideoque ob solos predestinatos
verbum assumptis humanam naturam. Contrarii
veritatis esse conuincitur: Iudæi enim fidem repulerunt,
indigni vitæ æternæ Nec per oves Israël soli electi sunt
intelligendi, sed omnes quotquot in gente Abrahami
dum verfabantur, cum quæ fecus Dei percussim fuit.
Quocirca nonnulli hæreticorum etiam in suos pre-
ceptores impingunt, dum Christi verba ad suam im-